intendit/ ſed paris qui hoc bene percepit tenſo arcu in menelaum ſagittam emiſit letali toxico delinitam/ ⁊ ſic grauiter eum vulnerauit/ ꝙ eum quaſi mortuũ ad ſua tentoria detulerunt. Sed illico medicoꝝ cõſilio ligato vulnere menelai ⁊ vulnere in vnguentorũ medicamine dulcorato idem menelaus redit ad bellũ paridem querit de eo cupiẽs furibundus ulciſci. Paridem inuenit ⁊ in pulſu ſue lancee menelaus in paridem irruit volens eum letaliter vulnerare. quod re uera feciſſet niſi eneas inter vtrunqꝫ in ſcuti ſui tutamine ſe medium ĩmiſiſſet. Paris autem tunc erat ĩermis cum ſe tunc ſuis armis ſpontanea voluntate exuiſſet/quod quia preſenſerat menelaus morti tradere facilius eum putauit. Eneas vero in maxima militum comitiua pro eo ꝙ paris non erat armatus / ipſum ad ciuitatis preſidia commeauit. ne forte tunc eum offenderet menelaus. Sed hector menelaum aggreditur capere nitens eum/ſed eius voto fruſtratus eſt pro eo ꝙ in eius ſuccurſum ſtatim acceſſit innumerabilis quantitas pugnatorum. Quare ipſo dimiſſo cum ſuis in turmam grecorum irruit ipſos interficit/ ⁊ in ſua ⁊ ſuorum potentia greci ſunt dare terga coacti/troianis grecos inſequentibus fugiẽtes. Sꝫ vergente die ad ſolis occaſum bellum dirimitꝰ. ⁊ vtriuſqꝫ partis acies mutuo ſeparantꝰ.

De quinto bello.

Troianis igitꝰ intrantibus ciuitatem ⁊ portis in neceſſaria firmitate concluſis ſufficientibus excubiis ordinatis/ qui fuerunt bello laſſati nocturne quieti commode ſe dederunt. Mane vero facto ſx

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

priamus ſtatuit eo die non eē bellandum/ ſed pro q̄
buſdam ſecretariis ſuis miſit/hectore viȝ paride troi
lo deiphebo polidama anthenore ⁊ enea vt ad ipm̄
accedant· Quibus venientibus ⁊ exiſtentibus coraȝ
eo rex priamus eis dixit hec verba· Noſcitis qualiter
regē thoas carcer noſter tenet incluſum qui in m̄lta
furoris audacia non offenſus a nobis in nrē ciuita
tis exterminium ⁊ vrāruȝ perſonaꝝ excidium irreue
renter acceſſit· Quare iuſtū mihi videt̄ ut per nos in
iqua morte periret q̇ voluit nos perire vt uel ſit fur
ca ſuſpenſus vel alio mō̄ nequiter detruncatꝰ· Quid
inde vobis videt̄ per vos mihi ꝯſilio ſalubri pād̄a
tur· Eneas aūt qui primus ad verba rn̄dit hūiliter
dixit regi. Abſit a vobis domine mi rex/ vt ad tantū
facimus veſtra nobilitas ꝓtrahat̄ · cum rex thoas
ſit de melioribus grecie multis ſuffultus ꝯſanguineis
⁊ amicis. ⁊ vos cum habeatis multos q̇ cari ſunt vo
bis poſſet eoꝝ aliquis a grecis intercipi/ quē greci ſi
mili pena afficerent carū vobis/ quod forte ꝓ max
ima mundi parte vos ſic factum eē aliquatenus nō
velletis Et ſic magis reuera ſalubre ſit regem thoas
captum ſalubriter conſeruare· qui pro aliquo veſtro
rum in bello ſimiliter intercepto poſſet recuperatoīs
beneficio cōmutari·hector aūt enee conſilium. vtpo
te laudabile ſatis probat. Sed rex priamus adhuc ī
ſuorum verborum intentione perſiſtens iterum dixit
eis· Si ſic decreueritis faciendum iam greci putabūt
⁊ dicent nos ſic eē repente timore concuſſos. ꝙ de of
fendentibus non habemus audaciam faciendi iuſti
ciam nec ulciſci ꝗuis de hoc totꝰ ī vrī ꝯſilii iudicio

ꝯqͤſcã. Et ſic ꝯſilio fine facto eneas ad vidēdū bele
naꝫ ſe velle dixit accedere. Quare troilū ⁊ anthenorē
ſecū ducit ⁊ eis intrantibus aulā pulchritudis/ vbi
tunc regina heccuba que cuꝫ helena reſidebat in cōi
tiua multaꝝ nobiliuꝫ mulieꝝ eneas ⁊ troilus niſi ſūt
helenā multis affectuoſis ſermonibus cōfortare qua
re regina heccuba/ vtputa ſapiens ⁊ diſcreta eos ad
tuitionem perſonaꝝ ipoꝝ ciuitatis troie ⁊ regis pri
ami ſatis deuotis eloquiis fuit hortata. Greci vero ĩ
ter ſe de damnis eoꝝ ⁊ ſuoruꝫ nece a troianis nequi
ter occiſorum nimiū tacito murmure ꝯquerunt̄ ⁊ di
cunt ſe fuiſſe maxima fatuitate detentos/ qui ad tam
grauia diſpendia perſonaꝝ eoꝝ ⁊ rerum ſe ſubmitte
re voluerunt. a quibus potuerunt tunc ſe ſalubriter
abſtinere. Eadem aūt nocte aer obductus multa cali
gine tenebrarum multas aquoſas diffudit pluuias ĩ
multorū inbriū tēpeſtate veluti ſi nunꝙ̄ pluuias effu
diſſet/ vel quaſi forte du vellent terris effundere deu
calionis diluuium iterato. Et quod fuit ipo grauiꝰ
ea nocte ventorum rabies tāta ⁊ tā grauis inualuit ꝙ
oīa grecoꝝ tentoria violenter a ſoli ſtatione defixit.
propter que grecis magna doloris ⁊ laboris ſuperue
nit anxietas. Sꝫ demuꝫ nocte fugata fugerunt tēbre ⁊
predicte earum ſocie tempeſtates cū aduenientis diei
ſplendor ſerenus apparuit qui totam terre faciem il
luſtrauit. Tunc greci armis eorum protinus indu
unt̄ ad bellum procedere feſtinantes. Achilles autē
primus īter grecoꝝ acies campū petit. Deīde diome
des agamēnon menelaus ⁊ athenaꝝ dux. Achilles
autem primus in hupon grandem giganti ſimilem

regem de lariſſa impetuoſe irruit/ ⁊ ſic eū ſua lancea
impulit ⁊ percuſſit / ꝙ ipm̄ mortuum proſtrauit ab
equo . Rex orthomenus aggredit᷑ hectorē/ quē hec
tor protinus interfecit· Diomedes regem antipum cō
tra eum bellantem in multa virtute peremit Tūc duo
reges quorum vnus vocabat᷑ epiſtropus/ ⁊ alius ce
dius in bello ſe ingerunt ⁊ in hectorem irruunt· Sed
epiſtropus contra hectoreꝫ quē bene cognouit mul
tis contumelioſis verbis inſultat/ ⁊ poſt verba in eū
impetum faciens /ipſum cum lancea ſua viriliter īpu
lit/ſed a ſella ipſuꝫ non potuit remouere· Quare irat⁹
hector verbis eius ⁊ factis ipſum aggredit᷑ / ⁊ euꝫ cru
deliter interemit. ⁊ dixit aduerſus eū cōtumelioſa uer
ba que diffundebas inter viuos/ vade ⁊ ammodo ī
ter mortuos ſi potes effundas· Cedius vero vidēs
mortuum regeꝫ epiſtropum frēm ſuum multo dolor̄
torquet᷑. ⁊ inter ſui doloris anguſtias mille ſuos mi
lites quos cum multis aliis in adiutoriū grecorū ad
duxerat ſtatim cōuocat ⁊ mandat eiſdem/ ꝙ cum eo
hectorem inſequantur/ vt ipſum interficiat ⁊ de mor
te fratris ſui optatam conſequi valeat vltionem.
Nec mora predicti milites cum rege cedio hectorem ī
ſequuntur ipſum inueniunt inter turmas ⁊ in eum ir
ruunt/ ⁊ ab equo deiciunt . Sed rex cedius dum ex
tenſo brachio cum enſe ſuo putat ipſum letaliter vul
nerare·hector qui vidit ictum ab extēſo brachio ve
nientem regem cedium in ipſo brachio percutit/ſic ꝙ
ipſum brachium ab humero diuidens regi cedio de
truncauit. ⁊ in ipſum regem cedium appropinquās
qui iam ab equo ruebat / ipſum protinus interfecit·

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Eneas vero regem amphimacū bellantē interfecit. Itē rex thelamon/rex vlixes/rex diomedes/rex arcelaus/rex mathaon/ et rex agamēnon cum eorum aciebus omnibus bellum intrant. Ingens prelium et letale cōmittitur/ et ex vtroqꝫ latere multi decidunt īterfecti. Jam ſol diei medium ꝯſtituerat cum omnes greci venientes in vnum ſimul omnes irruūt in troianos et in eoꝝ tunc virtutis audacia ſic troiāos grauiter oppreſſerunt ꝙ eos vrgente neceſſitate cōuertūt in fugam. Tunc achilles regē philis bellantē cum eo in ſua potētia viriū īterfecit. Sꝫ hector exinde multo furore bachatꝰ duos de regibꝰ grecoꝝ interficit regē vīꝫ alpinor et regē dorion. Tūc troiāi ī vrtute hectoris ſic acriter bellantes campū recuperāt/ et duriꝰ grecos ꝑmūt. Sꝫ et rex epiſtropus tūc a ciuitate troiana aīo ſus exiuit cū tribus milibus pugnatorū q̄ oēs bello ſe īmiſcent grecos īpetūt crudeliter et ꝯfundunt/ et multo fortius ex eo ꝙ idē rex epiſtropꝰ quēdā ſagittarium ſecū duxit. Hic aūt ſagittarius ab vmbilico inferius erat equꝰ/ et ab ūbilico ſupiꝰ erat hō/ et ī oī ſui parte tā ſuperius q̄ꝫ īferiꝰ coopertꝰ erat ex innatis in eo pilis equinis. Facies aūt eiꝰ licet ſimilitudīs eēt hūane tota erat rubea igneū calorē habens ac ſi carbo eſſet accenſus/ et equinos ex ore ꝓducebat hinnitus oculi aūt eius erant ſpendidiores facie in ignis ardore cum duas ardentes flammas igneas preſentarent propter quod intuentes horrore maximo deterrebat Hic nulla armorum tutela veſtitus cum quodam arcu in manu et quadam faretra plena ſagittis bellū intrauit. In cuius ingreſſu equi bellantium

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

valde perterriti non obſtante ꝙ ſeſſores eoꝝ multis
eos ſtimulis calcarium perurgebant retrogradi facti
ſubitam quaſi rapiebant' in fugam Sed cum magno
labore bellantes ipſos detinuerūt in bello non min9
ipſius ſagittarii ipi bellantes impetuꝫ dubitantesqꝫ
in arcu ⁊ ſagittis ſuis grecos plurimos interemit .
Hector aūt interim ducem ſaleminē polixenum q̇ ad
uerſus euꝫ plurimuꝫ inſiſtebat occidit ⁊ ita dux mor
tuus expirauit . Dum igit' ſagittarius interficiendo
grecos per turmas diſcurreret ⁊ troiani crudelius in
ſiſterent ꝯtra grecos in fugam de neceſſitate conuerſi
greci ad tentoria ſua feſtinant quos troiani uſqꝫ ad
ipa tentoria ſunt ſecuti vbi mirabilis caſus emerſit.
Nam dum ſagittarius grecos fugientes coram eo a
criter infeſtaret ⁊ troiani grecos in tentoriis eorum
opprimerent diomedes qui fugiens ad tentoria ꝓpe
rabat coram vno de papilionibus ſagittarium inua
dit quem nullo mō vetare potuit propter troianos
qui contra eum a tergo viriliter anhelabant . Ne
ceſſarium ergo fuit plurimum diomedi vt inuitus et
dubitans in ſagittarium irruiſſet . Qui ſi voluiſſet
retro redire cum ipſe eſſet grauiter vulneratus in ma
nibus hoſtium incidebat quem viuere nullatenus per
miſiſſent . Sagittarius ergo dum diomedem in ſua
ſagitta percuteret diomedes cum enſe ſuo tā viriliter
percuſſit ipſum inermemqꝫ mortuum ipſum deiecit ī
terram . Interim greci campum recuperant ⁊ troi
ani neceſſario retrocedunt . Hector vero in achillem
irruit in equi ſui curſu celeri nomine galathea ꝯtra
quem dum occurriſſet achilles in eorum ictibus

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

lanceaꝝ ſe ab equo ambo deiciunt ſed achilles equū
ſuum primo celer aſcendit ⁊ in equū hectoris manꝰ
extendens cepit eum ipſum ſatagens aſportare Hec
tor autem iratus ad ſuos potenter exclamat ne equū
ſuum abire permittant · propter quod infinititi mili
tes ad ipſius equi recuperationem viriliter intenden
tes irruunt in achillem ⁊ graue bellum committit᷑ in
vtroſqꝫ· Sed fratres hectoris naturales in multa uir
tute bellantes violenter extirpant de manibus detinē
tium galatheam ⁊ illum hectori riſtituunt qui ex īde
eſt mirabiliter factus letus · Verum dum hec inter v
troſqꝫ in multorum excidio gererent᷑ ⁊ anthenor īter
grecorum acies bellando diſcurreret greci in multitu
dine pugnatorum antenorem capiunt. ⁊ captum ad
tentoria mittunt eorum Sed cum iā dies declinaſſet
ad veſperas ⁊ ſole iā vergente interim ad occaſum .
nō obſtaute ꝙ polidamas antenoris filius . qui ſui
patris non interfuit captioni pro recuperatione ipſi
us multa omiſiſſet in bello tamen eo die propter ſup
uenientis noctis tenebras prelium eſt dimiſſum·

De ſexto bello

Sequentis igitur diei aurora ſurgente ſolis ſplē
dore circumquaqꝫ diffuſo vtriuſqꝫ partis acie
bus in campum egreſſis bellum letale committitur/
⁊ tota die vſqꝫ ad noctis tenebras eſt pugnatum·
Multi fuerunt eo die interfecti de grecis / ſed plures
de troianis· Nam grecis tunc melior pars ſucceſſit
belli/ſed illiꝰ die ſuperueniēte nocte nō fuit āpliꝰ pli
atū Sequēti vero greci diomedē ⁊ vlixē ad rgē p̄amū

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf